

**Tentamen medicum inaugurale, de corpore humano quaedam complectens
: quod annuente summo numine..... / Eruditorum examini subjicit Carter
Berkeley, Virginiensis.**

Contributors

Berkeley, Carter Burwell.
Bland, R. 1730-1816
Merriman, Samuel, 1771-1852
University of Edinburgh.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebant Adamus Neill cum sociis, 1793.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/r98tezmz>

Provider

Royal College of Surgeons


License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



~~7946~~

7946

Sam. Merriam. M.D.

Halfmoon

Dr. Bland's Sale -

~~7946~~



Rob. Bland, M.D. S.S.A.

Strip off and preserve Book-plate
" " " " " "

Tracts 1889

①

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE,

DE

CORPORE HUMANO

QUAEDAM COMPLECTENS.

TENTAMEN MEDICUM

IN A U G U R A L E

DE

CORPORE HUMANO

QUAEDAM COMPLECTENS

ORATIONE

ANNUENTE SUMMO NUMINE

Et Augustiss. Reverend. admodum Viri

D. GUILIELMI ROBERTSON S.T.P.

Accusatus Examinatus Praesentis

ORATIONE

IN A U G U R A L I

Anglicae SENATUS ACADEMII

Edinburghensis FACULTATIS MEDICAE

PRO GRADU DOCTORIS

DE

STIMULIS IN MEDICINA HONORIBUS AC BENEFICIIS

ALITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

C. GARDINER M.D. M.P. M.D.

CARTER BERKELEY

QUALITER EXAMINATUS

Societ. Americ. Praes. Robt. Soc. Praesentis

Praesentis Praesentis

What a piece of work is a Man? How noble in reason, How infinite
in faculties, In form and moving how exact and admirable
in action how like an Angel, In apprehension how like a God
The history of the World, The progress of Ages,
The

Ad eum ad locum hunc locum

EDINBURGH

Excebat Adamus Neill cum Sociis

in officio

TENTAMEN MEDICUM
INAUGURALE,
DE
CORPORE HUMANO
QUAEDAM COMPLECTENS;
QUOD,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GULIELMI ROBERTSON, S.T.P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRAEFECTI;

NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ decreto;
PRO GRADU DOCTORIS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT
CARTER BERKELEY,
VIRGINIENSIS;
SOCIET. AMERIC. PHYS. EDIN. SOC. EXTRAORD.
ET
PRAESES ANNUUS.

What a piece of work is a Man! How noble in reason! How infinite
in faculties! In form and moving, How express and admirable!
In action, how like an Angel! In apprehension, how like a God!
The Beauty of the World! The Paragon of Animals!
Hamlet.

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
EXGUEBAT ADAMUS NEILL CUM SOCIIS.

=====
M DCC XCIII.

STENTATA MEDICUM
NELLSON RERRELY

AIRWELL

COMPONET
in Communi Hinnovandi d. 1791
QUADAM C. 1791

Paulus

D. GULLERMI RORRELY

Ob expunat le...
P. G. 1791

Caritatis...
1791

7

CARITAT RERRELY

1791

NELSON BERKELEY,

AIRWELL

in Comitatu Hanoverienfi degenti,

Patri fuo,

Benigniffimo,

Dilectiffimo,

femper honorando,

ob eximium fe verfus Amorem

fummopere colendo,

Hoc Tentamen,

fumma, qua par eft, pietate reverentiaque,

animi gratiffimi monumentum,

facrum vult

Filius amantiffimus,

CARTER BERKELEY.

Dabam Edinburgi, ante Kalend. }
Junii, Anno post CHRIST. }
Nat. 1793. }

TRITAMEN MEDICUM

IN A. D. 1711

CORPORIS HUMANI

U
confitio, quodammodo
fuit, et datus corpori
dent et capite exant
parvos in omnem partem
Mobile firmum, quod
pore idem est, et
id per se habet

TENTAMEN MEDICUM

I N A U G U R A L E,

D E

C O R P O R E H U M A N O.

P R O O E M I U M.

UTCUNQUE varia fit singulis hominibus constitutio, quædam tamen principia sunt, ex quibus corporis humani motus pendent, et causæ existunt, quæ effectus non parvos in omnem speciei varietatem edunt. *Mobile Primum*, quodcunque fit, in omni corpore idem est, et eundem finem versus tendit, ad perducendum scilicet corpus, ad gradum
A perfectionis

perfectiōnis talem, ut quisque fortis suae muneribus quàm optimè fungatur. Homini aequè ac aliis omnibus in terris, origo, incrementum, imminutio, et interitus sunt. Eum vestigare per varios aetatis gradus, et observare quomodò corpus in progressu ejus, coelo, cibo, et ratione vivendi, afficitur, thema cogitatione haud indignum esse videtur, et quod mihi forsan sit utilissimum. Pensum arduum, cui meum ingenium minimè capax valdè inequale est, me suscepisse liberrimè agnosco. Nec attentionem nostram effugit, quòd in corporis fabricatione humani, et in ejus functionibus, sunt multa, quae in aevo etiam illuminato, naturae investigatores ingeniosissimi explicare frustra conati sunt; nec mihi tam arrogo, quàm me putem haec dubia et obscura minimâ ex parte aperire posse.

Ex observationibus, in hac disputatione offerendis, quas aegrè manūque tremulâ eruditorum

torum examini subjicio, nihil aliud promeriti mihi affumo, quàm quòd eas collegerim e lectionis ferie, quae ad munus humanitatis maximi momenti fungendum idoneum me reddet.

Mihi in animo est, de corpore humano in variis aetatibus levitè tractare, inque id quosdam coeli, cibi, et modi vitae effectus contemplari.

Aetates variae sunt, *Infantia, Pueritia, Adolescentia, Juventus, Aetas virilis, Senectus, et Aetas extrema.*

In *Infantiâ* et *Pueritiâ*,—quarum una a partu ad annum septimum, altera usque ad decimum quartum aut pubertatem, extendit,—corpus gradum aliquem soliditatis, formae et roboris acquirit.

In *Adolescentiâ* et *Juventute*,—illâ a pubertate ad annum vigesimum, hâc ad vigesimum

4 TENTAMEN MEDICUM

mum octavum extendente,—organa, quae hominem ad speciem propagandam idoneum reddunt, evolvuntur; ad longitudinem maximam corpus porrigitur; magnitudinem formamque justam adipiscitur; et homo singulus aptus est ad munera suae sortis fungenda.

In *Aetate Virili*,—corpus per aliquot annos,—a juventute scilicet ad annum quadragesimum circiter nonum,—quasi in eodem statu manere videtur.

In *Senectute et Aetate Extremâ*,—systematis actiones languescunt; vires gradatim deficient; functiones omnes debilitantur, et tandem cessant; et corpus linquitur truncus exanimis, in pulverem ex quo primitus ortum est, resolvendus.

NE hominis dignitate derogare videar, considerando tantum animal *Eum*, qui aliis natu-

râ tam diffimilis est, quàm omnibus excellit formae pulchritudine, imprimis hic pauca de ejus excellentiâ dicere fert animus.—Homo aliis animalibus comparatus, iis quibusdam in rebus quadantenus similis est. Corpus materiale, solidis fluidisque, aliis super aliis operantibus, compositum; et organis, sensu motuque praeditis, aut quibus saltem hi pendent, constructum, possidet. Haec similitudo tamen minimè adeo magna est, ut ne dicere possimus, eum omnibus caeteris animalibus longè antecellere. Homo *, utcunque bardus, animal quàm alacre, forte aut sagacissimum, tractare, dominare, ac in potestatem redigere queat, subserviensque ufui aut voluptatibus suis reddere potest. Minimè ejus dexteritas superior, multò minùs vis major est, quæ animal ei parere cogit, sed *Ratio*, quâ actionum seriem excogitare, et eas ad aliquam rem impetrandam dirigere potest. Animalia quaedam, durâ necessitate, et importunâ fame impulsâ, vi superiore vel sagacitate praedita, alia

prehendunt,

* BUFFON,

6 TENTAMEN MEDICUM

prehendunt, devorantque; sed neque ea in servitutem redigere queant, nec sibimetipsis cibum parare, vel salutis suae invigilare, nec ullo alio modo ad inopias suas levandas conferre, cogere possunt; neque signa ulla exhibent, quibus colligere possumus, esse sibi conscia ullius praestantiae supra alia animalia. Homo autem est non solum conscius excellentiae naturae suae supra alia animalia, sed saepe sibi insolentè arrogat prae multis suae speciei dignitatem superiorem. Clamoribus, signisque aliis obscuris et incertis, bruta pleraque inopias exprimunt; dum homo signis multis evidentibus, et facile intellectis, praecipuè magis loquelâ, desideria manifestat. Loquelâ, homines alii aliis sententias imperitiunt, et sic experienciâ seculorum colligendâ, eorum speciem multo propiùs perfectioni evererunt. Quaedam sunt animalium inferiorum species, quorum loquendi incapacitas minimè ex organorum vocis defectu oritur: Investigatione enim anatomicâ demonstratum est,

fimiae

fimiae linguam aequè ac hominis perfectam esse. Verba satis distincta efferre animalia bruta multa doceri possunt, et fortassè etiam sententias quasdam repetere; sed ideas, quae verbis respondent, eas concipere, nullâ arte humanâ edoceri possunt: Eorum verba, echo aliorum, quae saepe prius repetita audiêrunt, sunt “vox, et praeterea nihil.” Animantes viliores si unquam ad arbitrium perceptiones detinere, praeteritas revocare, atque eas, eodem ordine, quo fuerunt receptae, contemplari, et ad libitum connectere, ex quibus cogitatio quàm maximè pendet, potuissent; loquelam fortassè aliquam, si non nobis, sibi saltem intelligendam, formârint, vel alterum quendam modum, alia cum aliis communicandi invenerint; et sententias impertiendo, progressum aliquem fecerint in specie perficiendâ. Sed non magis perfectae sunt species eorum hodiè, quam initio mundi, nec experientia seculorum aliquid notitiae suae addidit. Castor enim nunc domicilium haud ma-

gis ingeniosè aut validè, quam majores ejus, conftruit; et apis domum, quae geometrae peritiae illudere penè videretur, annorum quatuor millia praeterita, eodem ordine mirabili, quo nunc, aedificavit. Singulum quodque animal vile cujusque speciei, opus ejus peragit eodem modo, ac omnia alia ejusdem speciei. Sed humanorum operum varietas est penè infinita, et eorum modus exequendorum aequè diversus. Quam terra incolit, ingenii fructu et industriae, operibusque manuum, circumtegitur. Homo quidem ultimum perfectionis gradum, ad quem opus ejus provehatur, nunquam extemplò prospicere, multò minùs attingere potest. Ei tempore, consideratione, usu et experienciâ opus est, ad perficiendam artem, quâ versetur, humilissimam. Hic in artium studiis et culturâ progrediendi modus gradatim, minimè de hominis excellentiâ detrahit, dum ope *rationis* qua praeditus est, animalia omnia alia quàm fortia aut fera subigit,

git, et eorum vires applicare potest, ad voluptates aut usum ejus promovendum.

Nunquam mihi intentio, si ingenium fuit, opus tam arduum et momentosum, quàm mentis humanae considerationem aggredi. Sed dubitari potest, an hominis excellentia haud aequè appareat, si quod ad vires tantùm corporeas spectat, animalibus caeteris comparetur. Corpus humanum delicatius, et magis tenerum esse externè videtur, quam caeterùm animalium, sed, pro ratione magnitudinis, certè validius est. Geruli Byzantini ferre dicuntur onera librarum noningentarum. Aliud nullum animal, in ratione magnitudinis, pondus hoc majus ferre potest. Equus, qui homine sexiès amplior est, pondus igitur librarum quinque millium quadringentarum ferre debet; sed talis, ut credo, minimè invenietur. Homo, itinera pedibus facere affuetus, iter valdè longum tempore breviori, quàm equus optimus conficiet, et minore fatigatione. Inter caetera animalia, homo solus seipsum perpetuò et haud

aegrè positione rectâ sustentare potest, corpore scilicèt capiteque supra pedes erectis. Tali corporis situ Augusto et ornato, e loco in locum progreditur, terram lustrat quam incolit, aut convexa tuetur :

“ Sanctius his animal, —————

“ Deerat adhuc et quod dominari in caetera posset.

“ Os homini sublime dedit, coelumque tueri

“ Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.—

“ Unica gens hominum stat recto corpore, et astra

“ Suspicit.”

Hac consideratione naturae excellentiae, si homo superbiâ fiat elatus, fatis fortassè ad vanitatem ejus castigandam, in observationibus sequentibus, inveniet.

Omni ferè aevo, questus vix numerabiles, de vitae brevitate, fusi sunt. Vita hominum, quos nasci una dies conspicit, una mori, imaginibus naturae fugacissimis saepe comparata fuit ; sed certè mortales, caeteris animantibus

bus comparati, plerumque longaevi habendi sunt : hâc re quidem Numen iis praecipuè benignum fuisse videtur. Praeterèa, si morbos casusque varios, et ferè innumerabiles, quibus homines sunt obnoxii, consideremus, videretur, quòd, si essent sapientes, dies quam paucissimos vivere potiùs velle deberent. Homo, si fragilis et caducus, miser est et infelix, vitaque, si fugiens et summa ejus brevis, aerumnosa est, plena laboris, et tristibus anxia curis.

IDONEUM mihi videtur, hìc priùs generalia quaedam de corpore humano praefari, quàm de variis aetatibus tractemus. Omne* corpus humanum, ope organorum, quibus instruitur,

GREGOR. Conspect.

struitur, muneribus quibusdam fungitur, per quae vivit ipsum ac viget. Hae functiones dicuntur vel *Vitales*, ut actio crebri nervorumque, sanguinis circuitus et respiratio; vel *Naturales*, concoctio scilicet secretio et excretio. Functionibus vitalibus et naturalibus pendent *Animales*, ut sensatio et motus, per quae cum mundo et rebus externis commercium quisque habet. Omnes hae functiones ad vitam et salutem adeo necessariae sunt, ut in longum tempus sine periculo suspendi nequeant, et praecipuè vitales, quae si ad brevissimum tempus cessârint, cessat quoque vita. Corpus* etiam unumquodque principium quoddam sentiens vitale possidet, quod per genus nervorum in organa ejus agens, ea idonea ad functiones singulas peragendas, vitales scilicet, naturales, et animales, reddit. Hujus principii actione in systema vasculorum, corporis incrementum pendet, et vis quaedam, quâ praeditum est, quae “ animae fugienti obsistere
“ tentat.”

* MONRO, Nerv. Syst.

“tentat.” Sed * *Principium* hoc *Vitale*, quod totum systema excitat, ipsum invicem excitari necesse est, aliter vigorem perdit, languescit et tandem extinguitur. Ope generis nervosi, variis applicatis stimulis, hoc principium excitatur; si enim omnes stimuli nervis abstraherentur, vel ipsi stimulis insensiles fierent, principium vitale valdè tempore brevi deficeret. Hi stimuli longè latèque per naturam distribuuntur, per aëram aliaque corpora, quae homini pro alimentis inserviunt: quidam horum effectus postea considerandi sunt; nunc autem de corpore in variis aetatibus tractandum est,—et imprimis in infantiâ.

Infantia et Pueritia.—Infans recens natus exemplar miserabile exhibet, imbecillitatis, doloris et miseriae. Organorum et sensuum usûs ignaro, vel possessionis incio, opus est ei omni auxilio. Oculi aperti sunt quidem, sed hebetes et immobiles; unde liceat nobis
concludere

* GARDINER, on the Animal Oeconomy.

concludere infantes visum distinctum minimè habere, etsi pupillae dilatatio et contractio ostendere videntur, eos aliquatenùs sensiles esse lucis impressioni. Alii sensus in statu aequè imperfecto esse apparent, et eorum usus gradatim solum acquiritur. Omnes corporis partes debiles, ejusque motus inhabiles et perversi sunt. Corpus infans, fere omnes easdem partes quas magis perfectum, exponit; sed in specie, situ, et partium congruentiâ, aliae aliis adeo diversae sunt, ut hoc tempore similitudinem valdè indistinctam exhibet *formae*, quam postea assumit, cum partes nunc molles, contractae, et quasi tumidae, extensionem et soliditatem tales acquisiverint, quales propriis muneribus necessariae sunt fungendis. Annis post partum primis, corporis incrementum rapidè progreditur, et tanto celerius quanto propius tempori partûs, sed tardiùs ut senescat. Corpus infantis recens nati pollices circiter octodecim longum est. Huic longitudini quam in novem ante partum mensibus attigerat, non
additur

additur sesquipes alter, antequàm lapsi sunt tres anni succedentes. Etsi spatium trium annorum corpus altitudinis plusquàm semissem plenè acquisivit, ferè tamen staturam plenam haud maturiùs anno circiter quinto decimo post partum, adipiscitur.

In corpore infantis, partes, quibus primò usus erit, priùs molem justam acquirere, providisse natura videtur; quaedam igitur, pro ratâ parte, aliis majores sunt, et perfectiùs formatae; haeque sunt corporis incremento necessariae, ut cor et caput. Cor* primùm omnium partium mollium gradum firmitatis aptum adipiscitur, et postea caeteris minùs crescit; dum enim membra, et viscera alia perpetuò distenduntur, hujus proportio in caeteras partes imminuitur continuò. Eodem modo caput formam molemque justam primò habet, aut saltem maturè post partum assequitur, et postea minùs, quàm aliae, augetur. Dein ut actioni pulmonum sat spatii detur, thorax expandere incipit; et artus, praesertim extremitatum inferiorum

* System of Anatomy.

feriorum roborantur, ut corpus infans bene sustinere possint. Utrùm cor an cerebrum corporis incremento sit magis utile, incertum esse videtur; certè unius actio haud longùm continuare potest sine eâ alterius. Ex magnâ tamen in reliquas partes proportione, quam tempore partûs utraque possident, concludere fas fit, utraque quam maximè necessaria esse, et aliûs in aliud actionem magnoperè ad machinam perficiendam animalem conferre; sed agendi modus aliûs in aliud nostras observationes adhuc elusit, et semper fortassè inter arcana naturae manebit.

Corporis incrementum extensione systematis vasculorum magnoperè pendere videtur. Vasa autem, vi cordis et arteriarum fluida quae in iis circumferuntur impellente, praecipuè distenduntur et elongantur. Primâ aetate cor et vasa omnia sanguinem rubrum vehentia, pro ratâ parte, majora sunt, quam ullo alio tempore.

Solida

Solida etiam tunc temporis praecipuè sunt mollia, et ex adhaesione inter se debili faciliè distensionem admittunt* ; et hinc corpus nunc augeri maximè idoneum est ; vis enim resiliendi corporis, adhuc teneri et mollis, contra vim distendentem cordis, quod nunc fortiùs frequentiùsque contrahit, resistere non potest. Hoc impetu, arteriae omnes distenduntur, elongantur, et appositione nutrimenti, rapidè crescunt. Sed ex actione hâc perpetuò repetitâ, fiunt quotidie densiores, et vim resiliendi majorem acquirunt : et hinc causa apparet, cur incrementum tardiùs foret, sicut corpus senescat, et cur tandem cessaret, cum structurae mutatione vis renixûs in superficie, cum vi a centro distendente, fiat aequalis. Huic augmento quoque multùm favet, propterea quòd venis magis densis, firmis, et validis quam arteriis, proportio sanguinis, tunc temporis, in his major est quàm in illis. Haec sanguinis proportio in arteriis quam venis major,

C infanti

* CULL. First Lines.

infanti dat ferè colorem floridum et formosum ;
 fortassè etiam causa fit unà cum mobilitate
 systematis generalis majori, cur secretiones fere
 omnes, pro ratâ parte, majores sunt. Saliva
 in infantibus non modò non deglutitur semper,
 sed etiam ut mihi apparet, majori quantitate
 fecernitur. Exhalatio etiam serosa in cana-
 lem intestinorum hâc causâ fit major, et diar-
 rhoeam quae semper penè adest hâc aetate fa-
 cit.

Septimo circitè mense, dentes fere apparent.
 Haec etsi actio naturalis valdè tamen dolorosa
 est, eòque diversa aliis ejusdem generis quae,
 paucis exceptis, non solùm sine dolore, sed e-
 tiam sensatione vix ullâ excitatâ, perficiuntur ;
 saepe enim ortum dat morbis violentis si non
 periculosissimis.

Vitae * hoc tempore, redundantia principii
 vitalis et salutis major esse videtur, quàm ullo
 alio. Pulsus arteriarum frequentes, mobilita-
 tem systematis singularem ex luxuriâ vitae
 principii

* GREG. Comp. View.

principii fortassè pendentem, indicant. Rapidus hic sanguinis circuitus causa esse videtur, cur infantium corpora plus caloris producant, et affectibus frigoris acerbi perniciosi minùs obnoxia sunt. Saepe audivimus, infantes obiectos frigori, quod adultis fuisset exitiale, evasisse sine vix ullâ injuriâ. Aliarum plerisque injuriarum corpus multo magis in infantiâ sensibile est, quam aliis aetatibus; quia fortassè *vis nervea* quae ferè cum conditione sanguinis circuitûs intimè conjungi videtur, tunc temporis mobilior est.

Ad pubertatem usquè, vel annum circiter duodecimum aut decimum quartum, natura in operis sui augmento versata fuisse videtur, et ea tantùm providisse, quae vitae ejus incrementoque fuerunt necessaria. Puer ipse vitâ beatâ quidem fruitur, sed prolem haud propagare potest.

Adolescentia et Juventus.—Cum verò certâ altitudine potitur corpus, organa plenè evolvuntur

tur, quibus unusquisque idoneus evadit, ad speciem propagandam. Ad haec perficienda vires omnes systematis esse necessaria videntur; corpus enim, cujus incrementum antea rapidè procedebat, nunc pro tempore brevè crescere cessat. Torporis sensus quidam et rigiditatis in inguine nunc oritur, et sensationes quaedam peculiare ac insolitae, partibus quae sexus distinguunt referendae, percipiuntur. In maribus hae partes externae in magnitudine rapidè crescunt, et in utrisque sexibus capillis vestiri incipiunt. Vox adolescentuli primò aspera, rauca et inequalis est, dein plenior, fortior et gravior fit. Adolescentularum mammae lascivientes fororiant, et *Catamenia* paulò post erumpunt. Puber aetas priùs in faeminis quàm viris occurrit; in illis tamen varia, propter coelum, cibi qualitatem et modum vitae.

Corpus verò adolescentuli, quod aliquandò ut supra diximus, dum generationis organa perficerentur,

* M. DAVID, Traité de la Nutrit.

perficerentur, progressu morari videbatur, nunc quasi e lethargo quodam erumpit, et tempus post valdè breve altitudinem propriam assequitur, et saepe tunc temporis observatur paucis mensibus plùs crescere, quàm annis duobus statim praegressis. Augmentum hoc subitum, fortassè stimulo insolito, quod semen dat corpori partim oriri potest. Etsi hoc augmentum insigne non semper tam evidentè apparet, tamen in omni exemplo plùs minùsve occurrit; ac si causa incrementi quam modò dedi vera sit, facilè rationem reddere possumus, cur ii qui hâc aetate voluptates Venereas ultra modum prosequuntur, staturâ sint parvulâ.

His in aetatibus, quae ad annum vigesimum octavum extendunt, tempus hilare voluptatum et amoris, et quod *Ver Vitae* dici potest, corpus justam magnitudinem, ac membris tandem compactis et bene formatis, perfectiorem ultimam roboris, firmitatis, partiumque consensûs consequitur. Cupidines venereae juvenem ad speciem propagandam nunc fortius

tiùs impellunt ; et organa iis propria, jam plenè evoluta, eum ad munera Veneris ritè fungenda, aptum esse ostendunt.

Aetas Virilis.—Corpus humanum in adolescentiâ altitudinem, in juventute magnitudinem plenam adeptum, in eodem quasi *statu* per aliquot annos manere videtur. *Status*, in hominis corpore ad ullum vitae tempus, propriè dictus, ut credo, nullus est ; structurae enim eadem mutatio, quae corpus perfecerat pergit adhuc, sed tardiùs, et citiùs aut seriùs ejus ruinam tandem inducit. Haec aetas juventutem excipiens ad annum quadragessimum nonum usquè tendit. Corpus per hoc tempus, plenum vigorem conservare videtur, et mutatio princeps quam forma ejus sustinet, ex adipis accumulatione in telâ cellulosâ partium variarum oritur.

In infantiâ, pueritiâ, adolescentiâ, et juventute, vi cordis ad partium singularum evolutionem

nem directâ, eâ ordine quâ oeconomiae animali fiunt necessariae, et agere pergente *, donec partes singulae propriam densitatem obtinent aliaeque aliis aequè resistunt, et renixus totius systematis cum vi a centro distendente in aequilibrio fit, vascula nunc in ultimum distenduntur et corpus in longitudine crescere cessat. Igitur in aetate virile corpus in crassitudine tantùm augetur. Vasis nunc haud amplius distendendis secundum axes eorum, nutrimenti materies, quae huic extensioni antea suppeditârunt, nunc in latus verti, et in fibrarum interstitiis elementariarum deponi videntur. Tela cellulosa inter omnes partes corporis molles interposita, easque connectens, multum fluidi hujus nutrientis recipit. Hoc modo densiores, crassiores, et magis fortassè numerosae fiunt musculosae, et aliae fibrae, totumque corpus ampliatur. In primis aetatibus, ut supra dictum est, arteriae minùs densae et firmae sunt quàm venae, propter tunicarum densitatem

* CULLEN.

densitatem harum majorem quàm illarum. Vasorum haec densitas tunicarum, quae ex tela cellulosa conditione magnoperè pendet, pressione multùm augetur. Progressu autem corporis incrementi, arteriarum tunicae, ex contractione et dilatatione earum frequente, multò magis quàm eae venarum, pressioni exponuntur; illae igitur multò magis quàm hae in densitate crescunt. Ita in vitae progressu arteriarum densitas, non modo aequalis, sed etiam major erit, quàm venarum. Sanguinis igitur quantitas, quae pro ratâ parte in primâ aetate major fuit in arteriis quàm venis, continuò fit minor, ut vita progreditur. Hinc aetatis virilis quodam tempore, circiter annum trigesimum quintum, accidit ut sanguinis proportio in venis et arteriis aequalis fit, et fortassè ita maneat, dum corpus in *statu* esse videtur. Sed cum plus sanguinis pro ratâ parte, in venis quàm in arteriis est, plethorâ quasi quâdam arteriarum systematis, quae
corporis

corporis vigori quondam multum tribuit, deficiente, corporis hic vigor nunc imminuitur, et incrementum tandem in toto cessat. Finem versus aetatis virilis, haec occurrit mutatio, supervenitque senectus.

Senectus,—quae aetatem virilem excipit ad annum sexagesimum tertium usque tendit, *Climactericum majorem* dictum. Natura nunc quasi retrogreditur. Homo haud amplius eadem agilitate fruitur :

“Nec juveni lusus qui placuere, juvant.”

Motus cautè tardèque perficiuntur, et qui antea voluptati fuerunt, nunc labori sunt, quem tota oeconomia sentit. Multae partes suis muneribus fungendis incapaces fiunt. Facultates ejus debilitantur, omnesque sensus hebescent. Oculi, quibus quondam hanc fabricam naturae decoram lustravit, nunc mollem rudem tantum et confusam ei praebent ;

et hanc etiam distinguere non potest, sine ope instrumentorum, quae industria suae speciei ex inopiis ingeniosae fabricavit. Eleganter dixit Sapiens *, “ If a man live many years, “ and rejoice in them all; yet let him remember the days of darkness, for they shall be “ many, — the evil days come, — the years “ draw nigh, when man shall say, I have no “ pleasure in them.”

Aetas Extrema,—ab anno sexagesimo tertio superveniens, morte terminatur. Corporis species plena formosaeque evanescit, et macies in toto corpore sedere incipit. Adipe infra cutem confumante, rugae frontem arant,

“ ——— et tetrum ante omnia vultum,

“ Dissimilemque sui deformem pro cute pellem,

“ Pendentisque genas, et tales aspice rugas—”

JUVEN.

Postea in aliis partibus cutis inelastica et contractionis incapax labitur, et in plicas colligitur.

Ec clesiaſtes.

gitur. Corpus in omni parte contrahitur, et antrorsùm incurvatur; quotidie consumitur; et vires ita minuuntur, ut membra labantia vix truncum sustinere possunt. Partes multae aliquandò paralyticae fiunt, et pleraeque in rigiditatem tendunt, ac vigorem mobilitatemque perdunt. De hâc aetate Poëta magnus appositissimè dixit :

“ ————— Last scene of all,
 “ That ends this strange eventful history,
 “ Is second childishness, and mere oblivion,
 “ Sans teeth, sans eyes, sans taste, sans every thing.”

SHAKSPERE.

Sanguinis etiam circuitus languescit, articularum ictus ad dimidium soliti numeri reducuntur; respiratio fit tarda et difficilis; corpus calorem evidentè perdere incipit; et adeo sensim perit homo, ut efflat animam sine dolore, penè sine suspirio, aut finem appropinquantem sentiendo.

Varia

Varia haec phaenomena debilitatis, seniique, exitii animalis in hoc mundo perfectissimi praefagia, necessariè eas operationes subsequuntur, quae organa singula evolvere, et in perfectionem corpus ducere, naturâ sunt institutae.

Actionibus repetitis, plus rigiditatis in aetatibus postremis acquirunt arteriae, et renixus ubique corporis fit major. Arteriae unâ cum corde sic minùs irritabiles fiunt, et sanguinis circuitus igitur tardior erit; hinc vasorum ramuli minuti, qui vitae tempore vigentissimo partes tenuissimas et maxime nutrientes sanguinis tantùm receperunt, nunc omninò occluduntur. Hoc plus rigiditatis facit in partibus, quae antea vim resiliendi a fluido, in his ramulis illato, partim deduxerunt. Vasorum seriei majoris actio ita debilior fiet, eorum cava paulatim minuentur et occludentur. Sanguis hoc tempore in canalibus majoribus solis, et languidè etiam in his, causa rigiditatis eorum et torporis cordis, circumagitur.

Sic

Sic hominem post partum vidimus parvum, debilem, inopemque, paulatim eam fabricam membrorum verè admirabilem adeoque venustam, ut nil animale in terris ei aequale aut simile sit, adipiscere; pro tempore etiam vigore, salute et formâ, eum florere vidimus, donec motibus iisdem, qui tam multum perfectioni ejus contulerant, deficientibus paulatim, vita gradatim extinguitur, et mors in successione nil nisi gradus ultimus esse videtur.

In ritu naturae haec series extendere fortassè possit ad annum octagesimum vel centesimum, aut amplius. Mortuorum tabulae nimis verè demonstrant quàm pauci hos annos attingunt. E contrariò calculis maximè accuratis apparet dimidium saltem generis humani ante annum post partum octavum mori.

Alia* pleraque animalia, praesertim quae nunquam in hominis auctoritatem subacta semper secundum naturae instituta vixerunt, omnibus voluptatibus fruuntur, quarum sunt
capacia;

* GREG. Comp. View.

capacia; nec dolores nec morbos patiuntur; per tempus vitae praestitutum progrediuntur, et sine casu fortuito ad mortem senectutis attingunt: dum homo, *Gloria Mundi*, per vitam fragilem et febriculosam, cum valetudine ac dolore, perpetuò luctatur, ejusque speciei vix unus decem millium ad mortem naturalem attingit. Si haec mala, quae homini in societate excultâ accidunt, cum excellentiâ naturae ejus necessariè connectantur, sat rationis deplorare sortem nostram haberemus. Sed cum minutiùs rem consideremus, apparebit fortassè, horum plurima malorum consequentias esse conditionis depravatae, et haud naturalis, in quam genus humanum stultitiâ et intemperantiâ praecipitatur.

Inter * incolas Americae Septentrionalis indigenas, morbi soli qui noscuntur, febres sunt, vel inflammatoriae, vel quae miasmate aut contagione oriuntur. Hinc concludere
fas

* RUSH'S Enquiry into the Natural History of
Medicine among the Indians.

fas esse videtur, exitus solos vitae humanae naturales esse febres, casus fortuitos, et senectutem. Calamitatibus his naturalibus hominum stultitiae sua corpora non modo obnoxiora reddidere, sed etiam morborum vix numerabile agmen, homini inculto ignotum, introduxerunt.

Causas quasdam, cur summa vitae humanae adeo brevis sit ut penè semper deplorata fuerit, videbimus fortassè, cum aliquos Coeli, Cibi, et Vivendi Rationis, effectus consideremus. Hominis vitae cursus naturalis saepe corripitur causis localibus et fortuitis, quas evitare minimè potest. Res multae quae salutem ejus valdè afficiunt ex suâ voluntate haud pendent. Cuique in potestate minimè est in coelo salubri vivere, aut tantum divitiarum acquirere, quantum inopiis suis sufficiet; nec quisque corporis constitutionem, sanis parentibus derivatam, eligere potest. Sed omnes, in omni aetate, intemperantiam et luxum in ci-

bis

bis evitare, moderationem in voluptatibus, studiis, et exercitatione, observare, tempusque proprium somno et quieti tribuere, possunt.

D E C I B O.

In infantiâ, pueritiâ, adolescentiâ et juventute, corporis incrementum in toto impediretur, robur et perfectio, quae in aetate virili acquirit, citò perderetur operibus magis laboriosis, quae nunc agenda sunt, si materiae variae, ingestae et organis digerentibus subjectae, non corpori suppeditarent alimentum, quod non modò dispendium diuturnum reparat, sed etiam molem ejus auget, formamque evolvit. Canalis alimentarii actione in has materias liquor, *chylus* dictus, praeparatur, qui postea cum sanguine mixtus, operationibus subsequentibus in sanguinem rubrum ipsum convertitur, dein in circuitu circumactus vi systematis vasculorum contractili, in omnes corporis

ris

ris partes quamcùnque minutas fertur, ejusque nutrimento et augmento contribuit.

Quodcunque vel solidum vel fluidum in corpus ingeritur, ut aletur, Cibus vocatur. Seculis primis mundi, ut scriptum est, hominum genus, glandibus, baccis, et fructibus aliis, quos terra suâ sponte ferebat, vescabantur; dein necessitate vegetabilia farinaria colere cogebantur. Dubitari autem potest, an homines unquam vegetabilibus solis pasti sunt. Saltèm verisimile videtur, hominem, tempore valdè brevi, postquam de innocentia cecidit, cibum animale cum vegetabili miscuisse; et experientia seculorum comprobavit, quàm salutaris constitutioni humanae talis sit mistura. Perpauci homines, et certè, quatenùs mihi cognitum, nullae gentes cibo vegetabili in toto vescuntur. Qui plurimùm vegetabilibus utuntur, quoddam animale tamen cum cibo miscere solent; quoniam hi omnes plus minusve lactis animalium diversorum capiunt.

Homines, diaetâ vegetabili tantùm utentes,

E

minimè

minimè aequè robusti aut laborum patientes sunt, ac qui illam cum animali miscent; e contrario sunt saepè debiles, maceri, et affectionibus intestinorum praecipuè obnoxii. Et si Naturae intentio fuisse videtur, homines cibi his diversis generibus promiscuè uti, tamen praestat vegetabili in quantitate majori, quàm animali cibo, vesci. Usus solus cibi, vel vegetabilis, vel animalis, effectus malos certè ferè produceret; sed hujus pejores quàm illius. Et si enim cibus animalis plus virium dat corpori, et magis idoneum reddit exercitationibus musculorum fortibus, tamen vasculorum systema sanguine nimis implendo et distendendo, mobilitatis talem statum inducere potest, ut morbi periculosi, ex casibus minimis fortuitosis, immineant. Praeter plethoram, et quae eam sequuntur, corpus proclive fit in conditionem putrescentem dictam; quae proportionem magnâ cibi vegetabilis utendo optimè praeventitur.

Saepè

Saepè dictum est, et observatio auctoritate viri maximè et justissimè celebris confirmatur*, carnem salfam et exficcatam in stomacho aegrè solubilem esse, propter partes solidas densè compactas; et salis magnam quantitatem cum eo ingestam valdè noxiam esse systemati. Mihi fit venia, et ut spero, arrogantia nulla attribuatur, si observationem unam hìc offeram, quae mihi in mentem de hâc re cogitanti saepè venit. Factum, tam bene notum, est ut nullâ auctoritate ad confirmandum egeat, dimidium saltèm cibi animalis incolarum civitatis Virginiae *lardum* esse, vel carnem suillam salfam, et longè in fumo vegetabilium urentium exficcati suspensam. Nusquam, pro ratâ parte numeri incolarum, quantitas major carnis, quàm hìc, consumitur; et his tantùm partibus civitatis exceptis, quae noxiis effectibus miasmatum paludibus exhalantium praecipuè exponuntur, haud in omni orbe terrarum, hominum genus corporibus magis

* CULL. Mat. Med.

gis robustis, et integrâ valetudine, invenietur. Fortassè etiam dignum sit observari, pisces, his in locis paludosis, proportionem magnam cibi incolarum constituere.

Ex his supra dictis de corporis progressu, appareret, cibo, genere et quantitate diverso, in variis aetatibus opus esse. In prima aetate, cum debiles sunt vires digerentes, diaeta levis, et talis requiretur, qualis viscera adhuc tenera haud opprimet, aut nimis stimulabit; ideòque mater in suo lacte infanti cibum partim pridem praeparatum praebet, qui per menses novem aut duodecim continuaretur. Postea per annos duos aut plures, diaeta ex lacte aliorum animantium et farinariis potissimum constare debet: haec dein pro carne unâ cum vegetabilium proportione magnâ gradatim mutari potest. Dum corpus in perfectionem progreditur, organis digerentibus vim acipientibus, cibo validiori opus est, praesertim cum propter juventutis et aetatis virilis occupationes exercitatio magis operosa

fit necessaria. In senectute diaeta nutriens requiritur, et vini aliquid generosi opus est vim vitae deficientem sustentare.

Corpus denique, quo plùs augetur, eo pluris nutrimenti pro ratâ parte eget. In primâ aetate, etsi in actionibus functionum diversarum valdè parvum dispenditur, tamen quoniam nunc celeritèr crescit, multum ali opus est. In mediâ aetate, corpore quasi in statu manente, et augmento ejus perfectò, refectus cum dispendio aequalis esse debet. In senectute tamen, fieri alitèr non potest, quàm ut dispendium, eo quod suppeditatur, majus sit. Hinc apparebit, inedia longam malè sustinere viros, pejùs juvenes, pessimèque omnium infantes et senes.

DE COELI EFFECTIBUS.

Pauca nunc de Coeli in humanum corpus Effectibus dicenda sunt. In his tractandis,
non

non mihi in animo est, coelum, sicut gradibus Septentrionalibus aut Australibus designatur ab Aequatore, considerare, vel sicut varietatis speciei humanae pene infinitas facit, sed sicut quodque corpus totius speciei, calore, frigore, aut humiditate afficit.

Calor, principium naturae magnum actuosum, stimulus vitae animali adeo necessarius est, ut eo deficiente in toto, actiones corporis humani confestim cessarent; dum ejus quidam gradus illam systematis mobilitatem et acumen, quibus motus nostrique sensus pendunt, subministrat. Calore, sicut aliis omnibus stimulis, nimis vehementer aut longè applicato, vires in quas agit conficiuntur*. Corpus quidem, ulli caloris augmento, aut ulli ejus diminutioni, ultra modum salutarem naturâ institutum, etsi in gradu caloris positum suo aliquanto superiore aut inferiore, quâdam potestate aliquandiù resistendi praeditum esse videtur. Ex gradu tamen vel caloris vel frigoris

* GARDINER, on the Animal Oeconomy.

goris extremo, violentiam quandam corpus patitur, quâ in systemate actiones tales excitantur, quales vim vitae brevi tempore exhaustiunt.

In regionibus calidis maturius quàm in frigidis, incolae ad perfectionem in plerisque functionibus attingere dicuntur. Puellae his in locis anno octavo menstruales aliquandò fiunt; et duodecimo, mares “Veneris arma vibrare apti sunt.” In regionibus valdè calidis aut frigidis, minoris ferè sunt incolae staturae, quam in temperatis. His in gradibus nimis magnis aut parvis caloris, ut corporis temperies quàm minimè mutetur, verisimilè videtur, actiones quasdam inusitatas excitari, quibus vires systematis nonnihil exhaustiri necesse est, et ita accidere, corpus justam magnitudinem acquirere non posse.

Talis* feliciter est humani corporis constitutio, ut coelis omnibus tam calidissimis quam frigidissimis aut temperatioribus facilè sese accommodet;

* GREG. Dif. Inaug.

accommodet ; et homines in coelis maximè intempestivis et infalubribus nati, fere salute fruuntur, si secundum naturae instituta vivant.

Frigore * magno, praesertim cum humiditate conjuncto, perspiratio et liber sanguinis circuitus in partibus externis magnopere impediuntur : Frigus enim ramulos vasorum extremos et cutis spiracula constringit ; humiditas fibras musculorum debilitat, et ita cordis, arteriarumque vires minuit moventes. Coelum igitur valdè frigidum aut humidum corpori nocet, quia motus fluidorum et distributionem per omnes partes liberam, quae saluti omni aetate adeo necessaria sunt, impedit. In regionibus valdè frigidis torpor corpus ingravat ; systematis vasorum actio nimis languida eam elongationem, quae staturam corporis plenam perficiat, producere non potest. Ex observationibus viatorum de regionum frigidarum incolis apparet, quàm adversum staturae

* GREG. Dif. Med.

turae magnitudini et pulchritudini, aut formae elegantiae, frigus extremum est.

Ex coeli effectibus morbi aliquot etiam oriuntur. In plagis gelidis, Diathesis, Phlogistica dicta, praevalens, corpus morbis inflammatoriis obnoxium reddit. Plagae temperatiores, praeter hos morbos, contagioni febrili praecipuè favere videntur. In calidioribus, pestis saevo mortifera veneno auras vitiat,

“Viduans Civibus urbes, atque arva Colonis.”

Hic solis fervor mortem instantèr saepe fert illis qui longum ejus radiis expositi sunt; aut ex eorum actione, solum humidum et paludosum miasmata exhalat, vitae hominis adeo exitialia, ut eorum, qui vitam inter has exhalationes perpetuò degunt, perpauci ultra annum quadragesimum aut quinquagesimum vivere observantur*.

F R A T I O

* JACKSON, Rem. Causes of Fevers.

RATIO VIVENDI.

Homo in societate excultâ eam perfectio-
nem virium et motuum animalium quorum
capax natura est rariùs attingit, nec sibi con-
fcius est quantum perdit mollitiâ muliebri et
inertiâ fœcundi, quae has vires valdè minuunt,
et fortassè destruant. Quantum vigoris, robo-
ris et dexteritatis membra ejus adipisci pos-
sunt, facile est concipere, effectus observando,
quos exercitatio et usus aliquandò in corpora
edunt gerulorum, cursorum, funambulorum
et saltatorum; hi enim facinoribus talibus
funguntur, qualia partem hominum majorem
percellunt, qui suarum capacitatis virium igna-
ri manere contenti sunt. Haec virium per-
fectio, cum corpore magnitudinis justae et be-
ne formato, cumque ví et motu libero et faci-
li musculorum, intimè conjungi videtur.

Medicis

Medicis bene notum est, exercitationem et usum membrorum liberam actioni systematis vasculorum multum contribuere, ac omnes secretiones ita promoveri, organaque digestionis roborari: et aliis vix minus cognitum est, salutem, bonorum primum, ex iisdem causis quam maximè pendere. Tristis consideratio est, quam minimè homines animos adhibent ad observandos naturae instinctus, qui eos, in conditione generis humani promovendâ, saepe dirigere possent. Si ad naturae ductum, in aliis animantibus alendis, animos intenderent, verisimilè videtur, multa mala, quae morbis orta humanitatem nunc affligunt, evitari posse. Animalia pleraque recens nata motu libero et pene perpetuo sub Dio gaudent. Infantes etiam aequè ac alia animantia his oblectantur. Hanc autem voluptatem infantibus nimis officiosè negant, quae vitam primam custodiunt: nam simul atque nascuntur, corpora fasciis involvuntur; et sic membrorum motus penè penitè impediuntur,

diuntur, eorum usus non maturè acquiritur et corporis augmentum naturale cohibetur.

Inter* gentes barbaras, infantes ferè in cunis magnis jacent, et ita mensibus duabus aut tribus, manibus genibusque incedunt, unoque circiter anno, copore erecto sine ope deambulant. Inter gentes valdè excultas, eae, quae temporum moribus sese maximè accommodant, diffidentes quasi naturae voluntatis aut potentiae, foeminis praeparant formam magis concinnam et elegantem, quam putant, fasciis variis thoracem et regionem epigastricam strictiùs circumligando; undè forsitan saepè oriuntur multae ventriculi affectiones morbidae, et pulmonum obstructiones, sanguinis in iis circuitu haud parùm impedito. Haec causarum una haud infrequens est Phthisis Pulmonalis, quae incolis hujus saltèm regionis morbus est adeo exitialis, ut penè pestilentia esse videretur, ni gradibus valdè insidiosis et tardis progrediretur. Gentes illae
quae

* GREG. Comp. View.

quae ob formae elegantiam, motuumque decorum celeberrimae sunt, vestes suas leves circum corpora laxè fluentes gerere dicuntur.

Membrorum symmetria et agilitas superior, quae apud barbaros fere inveniuntur, ex more vivendi, quo necessariè versantur, et exercitatione usuque libero membrorum, quibus illis prorsùs opus est, haud dubiè oriuntur.

Infantes etiam ferè nimis calidè vestiuntur, metu inani malorum, quae ex frigore oriri putantur. Facies et manus ferè nudae evidentè ostendunt, vestes quàm paucae infantibus aut aliis primò necessariae sunt. Benè etiam cognitum est, infantem frigoris gradum, qui matri lethalis fuit, haud aegerrimè tulisse; nec desunt exemplaria alia, quae infantes plus frigoris quam adultos perferre posse, certè probant. Vestibus valdè calidis cutis infantis laxa fiat, et ita fortassè morbis quibusdam obnoxia, qui eam afficiunt, et qui hâc aetate maximè communes sunt. Hinc etiam organa digestionis debilitantur et deinceps nutrimentum

trimentum impeditur; certèque corpus semper postea malis e frigoris impressione orientibus magis obnoxium fiet.

Quantùm exercitatio, et labor modicus, vigorem systematis generalem promovent, videri potest, observando, corporis quam robusti et torosi sunt ii, qui nixibus musculorum fortibus uti solent. Cùm ullo casu accidit, membrum cujuslibet in eodem situ pro longo tempore teneri, se contrahere observatum est; dum e contrario, membri exercitatione, et magnitudo ejus et robur augetur. Exercitatio tamen nimia, aut labor immodicus, principium vitale, cujus bonâ conditione totius corporis motus salutare pendent, exhauriet.

Saepe mihi in civitate Virginiensi occasio fuit observandi laboris effectus in corpus humanum in omnibus vitae aetatibus, inter Nigros scilicet; (quorum conditio, etsi minimè miserabilis, aliquibus forsitan desiderabilis, tamen talis est, qualis ni mutata, semper dedecori erit principiis, quae Liberi profitemur).

Hi ferè labores priùs ferre coguntur, quàm corpus plenam magnitudinem attigit, et negotium, in quo saepe versantur, maximè idoneum est ad corpus augmentum, praecipuè in longitudine, impediendum. Omnes ferè peradolescuntuli rebus domesticis diversis magis minùsve occupantur. Harum maximè laboriosa occupationum est, aquam portare domum e fontibus haud parvo spatio distantibus. Hanc in vasis ligneis in capita portant, et tantâ quantitate, ut saepè cranii vertex pondere quasi planior fieri videtur. Illi qui huic operi pro longo tempore valdè affueti sunt, nunquam proceri fiunt; et hinc fortassè aliisque primae aetatis laboribus oriatur, Nigrorum staturam generalitèr breviorè esse. Hi tamen, exercitationibus et usu libero musculorum, quibus in laboribus opus est, plùs forsitan, quàm pro ratione corporum molis, valentes et torosi fiunt. Rarissimè inter hos inveniuntur vitae exemplaria in senectutem maximam extensae. Causae quibus valentes et to-

rosi fiunt, infeliciter senectutis incommoda inducere conferunt, et eam torporis conditionem inferre juvant, quae, quocunque vitae tempore superveniat, Senectus vocari possit.

Quàm malos effectus in corpus humanum membrorum usûs liberi inopia primâ aetate edit, videri potest, observando figuras et staturas opificum, qui in officinas vitam degunt. Gibbi et distorti, pro hominis imagine nobili, formas observationi offerunt tales, quales nos id monent quod Poëta dixit, et quod haud profanum sit repetere: “ That some of Nature’s journeymen had made men, and not made them well, they imitated humanity so abominably.”

SHAKSP. *Hamlet.*

Quodcunque in vitae variis exercitationibus muneribusque fungendis dispenditur, quies reparare juvat. Non satis est labores cessare, ut corporis vires restaurentur. Vis vitalis, dum corpus vigilat, conficitur tamen, etsi motus omnes suspendantur. Somno igitur, in quo

quo organa totius systematis relaxatione salu-
tari fruuntur, naturae opus est vigorem recu-
perare. Ex hâc conditione, in quâ sui incon-
fcius pro tempore manebat, expergiscitur ho-
mo, quoad vires refectus; et quasi novam vi-
tam recuperare videtur. Quies si salutem
roburque dat corpori, nihilominus nocet, si
nimia fit: hinc enim corpus fit torpidum et
iners; secretiones minuuntur; vires digestio-
nis debilitantur; et functiones, quaecunque a-
liae iis pendent, laeduntur.

Cibus et potus, etsi necessaria damna repa-
rare, quae corpora hominum perpetuò patiun-
tur, tamen abusu saepe fiunt exitii causae.
Hominis ventriculus adeo capax est, ut
quendam cibi quantitatem continet, quam,
si non nimis eum distendat, facilè et perfe-
ctè digerit, et his ab actionibus non modò
nullum incommodum sentitur, sed vires cu-
jusque reficiuntur. Si autem refectus tam
malè ordinentur, ut unius digestio haud benè
finiri possit, antequam onus alimenti recens in-

geratur, homo pro refectione ab ventriculi operatione salutari, cruciatus patitur ab actione ejus abnormi. In hoc munere digestionis salutari, voluptates nostrae, ex necessitate refectionis intervallis brevibus repetendi, haud parùm augmentur. Harum voluptatum origo est appetentia cibi, et finis indulgentiae esse debet: cum vero languescit, nimis saepè eam potibus stimulantibus, et cibariis maximè conditis, renovare tentatur; quibus propensio fit capiendi plus quàm ventriculus benè digere potest; undè hujus organi et intestinorum affectiones variae morbidae oriuntur.

Cibus et potus vitae et salutis imprimis necessaria sunt. Cibus minimè in genere valdè varius est: vel ex vegetabilibus enim vel animalibus, quae his vescuntur, componitur. Ubi cibus deficit, praesertim si cum aliis incommodis supra dictis haec inopia jungatur, corpus vix unquam plenam staturam attingit. In regionibus valdè frigidis, terrae fructuum paucitas, animantium numerum et magnitudinem

nem minuere, haud parùm contribuit, et ita humanum corpus per varias aetates magnopere afficit : semper enim inutilis, saepe periculosa est, nimia abstinentia*.

Venus modicè culta in aetate virili “ corpus excitat, frequens solvit ;” in adolescentiâ praesertim si his voluptatibus homo maxime indulserit, corpus valdè enervabitur, et forsitàn impotentia inducetur ; quae in viro penè criminosa putatur, adeo naturale est desiderium speciei suae propagandae.

VITAM hominis protrahere ope artis medicae difficillimum est ; extinctam revocare, aut corpus ejus senescens renovare, ita ut juvenescat iterùm, ullâ arte sublunari, prorsus impossibile est. Si tamen electioni alimentorum in variis aetatibus attentio detur ; si voluptatibus

* CELSUS.

luptatibus mensae modum imponat appetentia haud vitiata ; si ritus Venerei omni aetate modicè excolantur ; si exercitatio et quies ad fines proprias dirigantur, illa corpus invigorare, haec vires ejus exhaustas reficere ; si exercitationis gradus systematis mutationibus in variis aetatibus accommodetur ; et si auri facrâ fame, tam multi in occupationes et coelos, constitutioni humanae lethalia, non cogantur ; turba malorum, quae nunc hominis vitam infestat, evanesceret ; et generis humani pars major, etsi forsitan haud ultimum senium attingeret, semper tamen per exitum unum-quem-piam vitae humanae naturalem decederet ; casus scilicet fortuitos, morbos ex aere orientes, aut mortem senectutis.

F I N I S.